

si est isto modo, quia ostensum est Sacramentum esse tale; cuius repugnet esse in effectu: & hoc supposito inquirebatur in speciali quid esset. Apparet etiam ordo cognitionis eius quod (a) dicitur per nomen ad se est: quia in prima conditione istarum quinque: praeiungitur quid dicitur per nomen, & ex illa ratione praeiungitur concluditur, si est: Et licet idem sit quid nominis & quid rei in habentibus quid rei tamen prius cognoscitur aliquid esse quid nominis quam quid rei. Primum enim cognoscitur cognoscendo illud nomen esse intelligibile, & significabile, secundum cognoscendo istud esse aliquid possibile esse in effectu: & ex ratione ejus possibile concepti, & signati potest concludi aliquid posse subesse illi conceptui, & per consequens illam rationem exprimeret verum quid est.

De tertio principali dico, quod eo modo quo potest esse definitio Sacramenti, ut patet ex 2. art. hoc est ejus definitio, scilicet, *Signum sensibile gratiam Dei, vel effectum Dei gratuitum, ex institutione divina specialiter significans, ordinatum ad salutem hominis viatoris*. Et in hoc specialiter, includitur, tam certitudinaliter, quam prognostice, & hoc accipiendo prognosticum pro signo, non tantum priori duratione signato, sed etiam natura. Hoc probatur universaliter in his quae possunt habere definitionem: eadem enim est ratio exprimens quid dicitur per nomen, & vera definitio. Nam secundum Philosophum. 4. Met. ratio quam significat nomen, est definitio: & hoc apparet per rationem: quia nomen imponitur ad significandum essentiam rei: ergo ratio quae exprimit quid dicitur per nomen distincte, & per partes, exprimit distincte per partes conceptus essentiae rei. Ista autem ratio quae posita est, scilicet *signum sensibile Dei* est ratio huius nominis *Sacramentum*, ut iuppositum est supra ex usu loquentium de Sacramento: & Sacramento potest habere definitionem eo modo quo entia rationis definiuntur: ergo ista ratio est ejus definitio: sic ergo probatur, quia ita est. (b) Qualiter autem hoc possit esse, facilliter potest patere, quia ibi ponitur aliquid pertinet ad genus relationis, quod est genus in illo genere, eo modo quo in relationibus rationis ponitur Genus & Species, puta hoc quod est *signum*: & illud determinatur per differentias huius generis, scilicet, *signi*, quae sunt ex *institutione* & *specialiter*. Et ponitur ibi duo addita, sicut universaliter in definitionibus relationum, & relativorum, scilicet, *subiectum*, vel *fundamentum*, quod intelligitur per hoc quod est *sensibile*. Alterum etiam, scilicet, *correlativum*, quod notatur per hoc quod est *gratiam, vel effectum gratuitum*.

Ex his patet solutio quaestionis. Dicendum est enim, quod illa ratio de qua quaeritur (si recte intelligatur, & per alia non explicata) suppleatur est propria ratio definitiva Sacramenti, eo modo quo

Sacra-

a Resolutio diffinitionis subtilissima. b Speculatio notabilis de diffinitione sacram. B. ex hoc loco eliciunt aliqui undecimum praedicamentum.

Sacramentum est definibile. Est enim illa ratio se intellecta, & suppleta eadem eam ratione praedicta. Quod enim ponitur *forma*, debet intelligi pro signo sensibili, eo modo quo imago Hercules. Quod ibi additur *visibile*, debet intelligi pro sensibili in communi: & pro tanto debet intelligi *visibile* non pro sensibili, cuiuslibet sensus, quia visus est excellentior omni sensu, & plurimum differentiarum cognoscitivus secundum Philosophum 1. Met. (a) Ponitur etiam ibi *visibile*, pro sensibili sive uno sive pluribus, & hoc pluribus pertinetibus ad eundem sensum, vel alium & aliam. Ponitur autem ibi *gratia invisibilis* pro effectu Dei gratuito interiori, ordinato ad salutem hominis viatoris. Utrum autem *gratia* ibi sumatur universaliter pro *gratia* inherente animae subjective, an generaliter ut exprimiti super, ut, scilicet, significet effectum Dei gratuiti &c. in materia de Eucharistia patebit: quia ibi res Sacramenti non est aliqua *gratia* accidentaliter inherens animae. Suppleri autem debent differentiae specialiter signum, (b) puta ex *institutione* contra signum igneum naturaliter; & effectivitate, contra signum aequivoceum & signum sequens naturaliter signatum.

Ad primum argumentum dico, quod licet fundamentum huius relationis plura includat, ex quibus non fit per se unum ut probatur de successivo, & permanente: tamen non sequitur quod Sacramentum, quantum ad suam formalem rationem, sit per se unum. Et si arguitur contra hoc, quia relatio non est proprie una, nisi habeat fundamentum unum. Respondetur, quod si forte hoc esset verum de relationibus realsibus, de quibus est dubium, quia forte in multis transiensibus unum navenit est ratio transiens ad unum tractum: tamen in relationibus rationis propositio est manifeste falsa; quia quantumcumque diversa possunt concurrere in fundamento unius relationis rationis: non enim oportet, nisi quod multa ibi conspiciantur, quasi unum in ordine ad aliquid signatum. Hoc patet, quia huius relationis unius, quae est signum *multum bonum bene potest esse fundamentum totum istud, scilicet circulus cooperius solis habere in cruce positus* &c. ita etiam multae orationes contextae, vel una ratio ex multis syllabis, quae nihil unum per se faciunt, sunt fundamentum unius relationis huius, quae est signum *Deo inesse aliqua, quo sibi intrinsece insunt*: cum tamen illud signatum sit unum, & ideum simplicissimum. Ad argumentum secundum & tertium, patet ex dictis in explicatione definitionis Magistri. Ad quartum potest parere ex illis, quia quod una definitio non exprimit, alia exprimit ut fit ex omnibus colligendo, quod sparsim invenitur in singulari, possit haberi una definitio completa, qualis est illa supra posita.

Tom. IV.

C

QUA.

a In proemio. b In diffinitione d. 1. quaest. 1.

QUÆSTIO III.

Utrum pro tempore cuiusque legis à Deo data debuerit institui aliquod Sacramentum?

Quod non; quia non legitur de aliquo Sacramento instituto à Deo pro tempore legis nature: Sacramentum autem non potest institui nisi à Deo, secundum ejus definitionem: ergo &c. Confirmatur per Greg. Moral. 4. lib. & ponitur de Consecr. distin. 4. Quod apud nos ualer aqua Baptismi; hoc egit apud veteres, uti pro parvulis sola fides; uti pro majoribus virtus iustitiæ: ergo non fuit apud eos Sacramentum. Sed major videtur esse necessitas pro aliqua lege ratio Sacramenti contra morbum, quam aliquid aliud. Item, Deus non est causa; nec dat directe occasionem errandi homini: sed in sensibilibus esse salutem est directe occasio errandi, quia scilicet credendi aliquid numinis esse in talibus sensibilibus, & per consequens idololatram: ergo Deus non instituit aliquid sensibile, ut in eo, vel per illud esset salus querenda. Item Deus non immediate, sed per ministrum aliquam legem dedit. Patet de lege Moysi per totum: ergo similiter de lege Evangelica videtur quod institui potuit, vel ordinari illud Sacramentum per alium ministrum, & non necessario immediate à Deo.

Item cum plures leges fuerint à Deo data, si cuiuslibet tempore fuerit Sacramentum à Deo institutum: ergo aliud, & aliud: quia si Sacramentum legis prioris remansisset tempore legis posterioris, non fuisset aliud institutum pro lege posteriori: sed consequens est inconueniens, quia vox semel inposita ad significandam, semper manet significatiua eiusdem: ergo multo magis signum semel à Deo inpositum, semper manet significatiua eiusdem. Contra, Augustinus contra Faustum. 19. In nullum nomen religionis singulari possunt homines, nisi aliquorum signorum, uelut Sacramentorum institutum, consortio colliguntur.

Hic Quatuor sunt uidentia. Primo, quod Sacramentum aliquod fuit institutum. Secundo, à quo, quia immediate à Deo. Tertio an pro tempore cuiuscumque status uix post lapsum. Quarto, an aliud, & aliud pro statu alterius, & alterius legis. De primo dico, quod Sacramentum debere institui, non potest proberi necessario, neque à priori, quia Deus extra se nihil agit necessario: neque à posteriori, sicut à fine, quia absolute possibile esset esse cum inuisibilibus haberi sine tali signo. Sed quod congruum fuerit Sacramentum institui: probatur ratione simili illi, quæ posita est in precedente, quasi, in 2. articulo & probante possibilitatem Sacramenti. Congruum enim est effectum inuisibilem causandum à Deo, ordinatum hominè ad salutem, significari per aliquid signum sensibile, ut uisitor inquiring cognitionem ex sensibilibus, effectum illum inuisibilem certius cognoscat. Nec solum congruit esse signum huius effectus uis-

si speculatiuum, per quod scilicet possit haberi conceptus in intellectu de illo signato, ut homo signat naturam humanam; sed signum iusti practicum, scilicet quod signat signatum esse; vel fieri. Nec adhuc signum practicum diuisum, seu æquiuocum, vel incertum: quia, est per tale signum duceretur homo in cognitionem fieri huius effectus, non tamen appeteret illud signum sibi adhiberi, propter incertitudinem à ligni respectu fieri signati: ergo talem effectum signati per signum practicum certum & efficax, fuit congruum, ut & homo ex tali signo effectum cognoscat, & in tali signo effectum admittere querat. Nec ratio congruit signum illud esse certum certitudinem demonstrat, sed quasi, ut in pluribus. Sicut enim in speculabilibus aliquid signum est certum & necessarium aliquid, ut in pluribus; primo Posteriora sic potest signum practicum habere certitudinem, quasi necessitatem, si ipsum universaliter, & quasi necessario concomitaretur fieri effectus, vel certitudinem; ut in pluribus: si ipsum concomitaretur effectus, ut in pluribus: non fuit autem congruum esse signum aliud certum sensibile primo modo, quia cum illud signum sensibile debeat adhiberi ab homine, sequetur quod in potestate hominis esset signum aliquid, ad quod Deus universaliter causaret illum effectum inuisibilem, quod auerret à suscipiente debitam preparationem: fuisset enim ibi quod qualitercumque indipotuit illud signum suscipere. Congruit igitur effectum talem inuisibilem significari per signum sensibile practicum certum, certitudinem, ut in pluribus, id est semper, nisi indipotuit suscipiens impediat, & hoc signo naturaliter procedente fieri signati, ut in fine susceptionis signi fit quasi dispositio ad signatum. Hæc autem omnes conditiones, quod scilicet sit practicum certum, ut in pluribus; & procedens naturaliter fieri signati intelligi per hæc conditiones efficitur. Tale autem signum non potest esse aliud sensibile significans naturaliter, quia nullum sensibile habet effectum naturalem ad effectum inuisibilem: ergo congruit, quod sit signum institutum siue inpositum. Sic ergo habetur secundum totam rationem Sacramenti, quod congruum fuit Sacramentum institui propter cognitionem, & desiderium cauendum in uisitate, respectu effectus inuisibilis, & hæc est ratio, quam tangit Magister in littera, scilicet propter eruditionem talis duas rationes tangit propter scilicet exortationem, & humilitationem: quam expositionem tangit in littera, & istæ tres rationes concludunt rationem institutionis Sacramenti ex parte eiusdemque persone peccatoris. Est etiam alia ratio: quæ tangit illam cognitionem ex parte totius communis (¶). Congruum est enim omnibus uisitoribus unius sectæ aliquibus signis exterioribus communicare; & conuenire, per quæ etiam ab aliis alterius sectæ distinguantur. Nam et talibus signis non sicut homo qui est lux factus, & quis alterius. Hoc autem exprimitur, qui qui sciunt se eisdem sectæ, iurant se mutuo ad oblationem eius: & qui sciunt se distincti alii facti uident se mutuo: tanquam mutuo se impediendo. Tale autem

tem signum univium eorum, qui sunt ejusdem sectae, & distinctivum ab aliis; expedit esse practicum, respectu aliorum effectus invisibiliter pertinentis ad observatum sectae. Si ergo patet, quod necessitas probari non potest: sed congruit probatur per rationem. Faciunt autem probatur per auctoritatem, ut tangitur in quarto articulo, quia auctoritates non loquuntur de Sacramento in eodem sumptu, sicut hic adhuc tractatur: sed loquuntur in speciali de tali & tali Sacramento talis vel talis legis.

De Secundo dico, quod aliunde signum practicum habet, quod significet practice signatum, & aliunde, quod sit certum signum: quod patet, quia possibile est quantumvis saltem non veracem uti illo signo: signationem enim habet ex institutione: sed quod sit certum, non habet nisi ex determinatione alicujus causae cooperantis illi signo ad causandum significatum. Verbi gratia, si ab aliquo legislatore instituitur in pollicia sua pro signo patris tactus manus, vel hujusmodi, etsi ex ista impositione habet istud signum quod practice significet pacem: tamen si alius non verax ipocrit uti illo signo, istud signum non est certum ex impositione legislatoris, sed remanet equivocum, quantumque scilicet verum, quando habet connotatam signatum, quandoque falsum. Falsus enim videtur illo signo, sine signato, sicut videtur signo spectulativo benevolentiae sine signato, dicendo, concedo tibi dilectionem meam, habens alud scilicet oppositum in mente. Ad propositum, Sacramentum & practice significat effectum practicum causari in illo, cui adhibetur, & sic signat, quod est signum certum ut in pluribus, sive regulariter quantum est ex parte ejus. Quantum autem ad signationem possibile esset, quod institueretur ab aliqua creatura: quia licet possit homo imponere signum speculativum effectus Dei, ut patet de ista oratione, *Deus causat gratiam in anima*, ita possit imponere signum, quod practice signat Deum invisibiliter agere, sed non possit dare illi signo, quod esset regulariter certum: non enim potest dare certitudinem alicui signo practico, nisi in cuius potestate est posse causare signatum illius signi: solus autem Deus potest se determinare ad causandum effectum sibi proprium: ergo solus Deus potest dare certitudinem signo practico sui effectus. Sic ergo patet, quod a Deo solo potest institui Sacramentum quantum ad finem certum: in quantum autem absolute est signum practicum possit institui ab aliquo alio: sed non congruit, quia institutio talis signi esset omnino frustra, cum ex impositione nunquam sine aliquo extrinseco possit habere veritatem, cum non sit in potestate impo-
nit, nec tenentis: Nec congruit quod Deus committat interiori se instituire Sacramentum, in quantum certum signum, ne Deus esset approbator signi talis, vel equivoci. Potest tamen Sacramentum in quantum signum, & in quantum certum ab alio a Deo promulgari, ut a praecone: sed ista promulgatio non est institutio, sed praeposponit institutionem. Ex isto patet, quod Sacramentum ex institutione sua habet efficaciam. Si enim intelligatur institutio praefixi imperio ad signandum practice; dico quod non, & patet est dictis. Si autem intelligatur

tur institutio determinatio quaedam voluntatis ipsius instituentis ad cooperandum illi signo, quae institutio non est praefixa imperio ad signandum practice, sed cum hoc determinatio signi ad veritatem, & ad certitudinem; hoc modo ex institutione habet efficaciam, hoc est quod signatum connotetur istud signum. Et sicut in homine est alius abus realiter, quo instituitur oculus, ut si signum reconciliationis: & alius actus quo determinat voluntatem suam ad istud signatum causandum, signo exhibitio: ita est in Deo: sius actus rationis ad institutum signum sensibile ad practice signandum effectum Dei: & alius quo determinat se realiter ad cooperandum tali signo regulariter, id est semper, quando in dispositio susceptibilis non impedit. Ipsi tamen duo actus simul concurrentes possunt dici unum Sacramentum institutio completa, in quantum est signum certum & institutum a signo equivoco. Quod si hoc est de ratione Sacramenti uti videtur ex illa particula *efficitur*, sequitur quod de ratione ejus proprie dicta est, quod a solo Deo potest institui. Si autem non est de ratione ejus, quia accidit signo, utrum signatum connotetur ipsum, vel non: saltem ipsa perfectio superaddita rationi Sacramenti, quae est veritas, vel consonantia in signando ad rem signatam, requirit ut instituat a Deo, sive quod Deus determinet se regulariter cooperari illi signo.

De tertio articulo apparet ex primo. Nam pro quocumque statu, in quo est motus, necessaria est medicina, & pro quocumque statu via maxime post lapsum, congruum est hominem manuloci ad invisibilia per aliquid sensibile: sed in omni statu viae (maxime post lapsum) motus est in natura: ergo pro omni illo congruum est aliquid institui Sacramentum. In speciali autem in plura pro tempore ejusdem legis, & quae, vel quod tangitur inferius, hic enim tantum quaeritur in generali de quando, sicut de aliis conditionibus pertinentibus ad institutionem. Ex hoc apparet, quod in statu patrie nullum congruit Sacramentum, quia tunc non indiget homo sensibilibus, ut cognoscat intelligibilia pertinentia ad salutem suam, neque tunc indiget excitari ad querendum pertinentia ad salutem, quia est perfecte confectus salutem. Pro ista etiam innocentie non fuit congruum institui Sacramentum sicut post lapsum, quia & si tunc homo potuerit ex sensibilibus cognoscere intelligibilia, tamen, nullum sensibile fuit necessarium, tamquam confectus ad salutem, removendo aliquid impedimentum salutis, ut scilicet possit dici proprie medicina. An vero Matrimonium, quod certum est fuisse in statu innocentie fuerit Sacramentum: de hoc inferius.

De quarto. Primo oportet videre quomodo Sacramentum possit distinguere & secundo ad propositum. De primo sciendum quod Sacramentum uno modo distinguitur quali vox in significationes, in Sacramentum proprie & improprie dicitur. Alio modo distinguitur, quasi superius in inferia: & hoc quidem tripliciter. Cum enim sit sensibile signans aliquid, vel potest esse aliud & aliud Sacramentum,

quia aliud & aliud sensibile; vel aliud Sacramentum, quia aliam significationem habens; & hoc dupliciter, vel simpliciter aliam respectu alterius & alterius signati: vel secundum quod, seu imperfecte aliam, respectu eiusdem variari secundum magis, & minus. Ad propositum dico, quod in quacunq; lege potest inveniri Sacramentum distinctum primo modo: In qualibet enim lege, sicut fuit Sacramentum aliquod proprie dictum ex tertio articulo, sic fuit Sacramentum aliquod improprie dictum, immo multa talia, puta a principio, genuflexiones, inclinationes, & prostrationes ad terram, & huiusmodi quae possunt generaliter, dici sacra signa, & ita improprie Sacramenta, haec etiam poterant esse eadem, & multa alia in lege Moyse, & Evangelii. Sed loquendo de Sacramento proprie dicto, dico quod debuit esse aliud & aliud in alia & alia lege, & hoc non curando hic de aliis Sacramentis, saltem hoc fuit congruum de eo quod instituebatur ut medicina contra morbum originalis peccati. Debuit etiam esse aliud in ratione signi & ratione sensibilis institui ad signandum.

Primum probatur non quidem quod signatio erit simpliciter alia & alia respectu alterius simpliciter. Nam ex quo in qualibet lege fuit medicina contra eundem morbum, non fuit simpliciter aliud, quod signabatur per tale Sacramentum in alia & alia lege: sed debuit significatio esse alia respectu alterius secundum minus & magis variati. Quod probatur, quia in processu generationis humane semper crevit notitia veritatis, ut patet per Gregorium super Ezechielum (4): ergo congruum fuit in lege posteriori signum institutum evidencius signare signatum, lex autem posterior tempore fuit perfectior, quia Deus ordinatè agens procedit de imperfecto ad perfectum, lex autem perfectior requirit ad iustitiam perfectiora ad sui observationem; ergo lex posterior debuit habere Sacramentum signans perfectiorem gratiam. Sic ergo congruum fuit in alia & alia lege esse signationem aliam, & aliam manifestiorem in posteriori, & respectu signati perfectiorem.

Ex hoc sequitur, quod decuit esse aliud & aliud Sacramentum quantum ad sensibile signans: nam magis congruum est ad signandum perfectiorem gratiam, & manifestius signandum, novum signum imponi, quam antiquum remanere. Antiquum enim ex prima impositione nullo modo potuit aliud signare, quam primo: ipsum autem primum seu idem sensibile ponit in secunda lege ad aliud signandum, quam primo, vel alio modo signandum, non erat ita congruum, sicut aliud imponi; ut patet etiam in signis practice institutis a nobis, quod rationabilis est ad significandum perfectiorem esse quam nostrum, & manifestius imponere eorum signum, quam antiquum remanere, remanere, aut aliud prius impositum de novo imponere.

Ad argumentum. Ad primum, dico, quod Deus non erat causa directe, nec occasio idololatrandi: non enim instituit illa sensibilia, quasi in eis sit, vel crederetur aliquid numinis: sed instituit illa, tanquam

quam signa effectus sui creandi, ex quibus cognitio & directio virtutis posset haberi ad quendam salutem. Ad secundum argumentum interius patebit. Ad tertium dico, quod nullus alius a Deo erat legislator, nisi sicut praeco pronuncians legem, & ita potuit esse pronunciator Sacramentorum huius legis, sed non institutor. Ad quartum, patet ex quarto articulo, quia aliud & aliud fuit institutum Sacramentum pro tempore alterius & alterius legis; saltem de illo Sacramento, per quod ferebat principalis distinctio legis a lege: quia in illo debuerunt homines eiusdem legis & inter se convenire, & a aliis alterius legis distinguere.

QUESTIO IV.

Verum sit possibile aliquod Sacramentum quantumcumque perfectum habere casualitatem activam respectu gratiae conferendae.

Quod sic. August. super Ioan. homil. 80. & 1. q. 1. Trahe. (4) *Quae est virtus ista aquae in corpore tangat, et cor abluit?* Loquitur de aqua baptismali: ergo illa cor abluit, cor autem id est anima non abluit, nisi per gratiam, vel gratiae causam, ergo &c. Item, Magister ponit in litera rationem Sacramenti quod est signum gratiae ita ut eius similitudinem gerat, & causa existat, & per hoc assignat differentiam Sacramentorum novae legis & veteris, quia illa veteris erant tantum signa gratiae: ista novae legis non sunt solum signa, sed causa: ergo esse causam gratiae est conditio completa in definitione Sacramenti perfecti. Item, in quadam oratione petit Ecclesia: *Perfectiss in nobis Domine tua Sacramenta, quae continent.* Ex hoc arguitur dupliciter. Primo, quia petitur gratia, & non petitur impossibile: ergo est possibile Sacramenta efficere gratiam. Secundo quia innuitur Sacramenta continere, quod petitur, scilicet gratiam. Non autem continet eam formaliter, patet: ergo virtualiter, aut casualiter. Contra, Bernard. in sermone de Coena Domini. *Sicut investitur canonicus per livram, Abbas per baculum, Episcopus per anulum: sic divisiones gratiarum diverse sunt traditae a Sacramentis.* Patet quod illa, de quibus expressit, sunt tantum signa & non causa. Item, August. 83. quaest. 5. *Quaedam sunt quae Deus efficit per seipsum, sicut est illuminare animas, ergo & sic causa gratiam.*

Item, si Sacramentum esset causa gratiae aut univoca, aut aequivoca: non univoca, patet, quia non potest esse gratia solum licet in Sacramento: nec aequivoca, quia causa aequivoca est simpliciter perfectior suo causato: nobilior autem aliquid, vel eminentior gratia non potest esse in re sensibilibus, ut in subiecto eius.

QUÆSTIO V.

Utrum possibile sit in aliquo Sacramento esse aliquam virtutem supernaturalem.

Quod sic. Per Augusti auctoritate supradicta. *Qua est ista Virtus aqua &c.* Item, medicina continet formaliter virtutem aliquam activam respectu sanitatis: Sacramentum est medicina animæ, & quidem perfecta, ergo &c. Item nova relatio non advenit alicui sine novo fundamento, patet quia s. Ph. c. & 7. (a) *Non est status, neque mutatio ad relationem, nisi quia ad absolutum.* Nunc autem illud quod ponitur signum sensibile in Sacramento habet relationem novam: ergo in illo est aliqua forma absoluta nova, illam dico supernaturalem virtutem novam. Ad oppositum. Si ponatur talis virtus, non potest poni pertinere ad aliquod genus entis: omnis autem forma absoluta pertinet ad aliquod genus entis: ergo. Probatio prima, quia discurrendo per omnia genera non potest pertinere, nisi ad genus qualitatis. Sed nec ad illud, patet, discurrendo per omnes species ejus: non enim est habitus, vel dispositio; nec naturalis potentia, vel impotentia: nec passio, vel passibilis qualitas: nec forma, vel figurata ergo &c. Præterea ad idem Sacramentum quandoque concurrunt diversa sensibilia, ut infra natebit in multis Sacramentis novæ leventis: idem accedens reale absolutum non potest esse in diversis subiectis: ergo non potest esse aliqua virtus, quæ sic sit forma absoluta realis in tali Sacramento. Unius autem Sacramenti est una virtus &c.

Item omne accedens reale absolutum est simpliciter perfectius quocunque accedente naturali. Probatur, quia in illud non potest causa naturalis, in illud potest, & ista impotentia non videtur esse, nisi propter eminentiam effectus: si ergo in Sacramento esset aliqua virtus supernaturalis, illa esset simpliciter nobilior omni qualitate naturali: ergo in verbis Sacramentalibus alicuius Sacramenti esset aliquod accedens absolutum simpliciter perfectius omni perfectione intellectualis creature, quod est inconveniens.

(b) In his questionibus est una opinio tenens partem affirmativam.

Quantum ad primam questionem dicit, quod omnes coguntur ponere Sacramenta novæ legis esse aliquo modo causas gratiæ: tum, propter auctoritatem sanctorum scilicet Augustini adductam ad principale; & aliorum: tum propter commune dictum quod Sacramenta novæ legis hoc efficiunt, quod figurant. Et secundum istos Sacramenta non possunt poni causa gratiæ sine qua non, tantum, quia talis sine qua non (quæ nihil potest facere ad effectum efficiendo vel disponendo) nihil causalitatis habet supra rem, nisi sicut causa per acci-

a. c. 10. r. c. 17. & inde.

b. Th. in 4. l. 1. q. 1. in 2. p. illius q.

accidens: Sacramentum autem non est causa gratiæ per accidens: tum quia non ponitur in ejus definitione, cum tamen hic ponat Magister in definitione Sacramenti, tum quia illud quod est per accidens non pertinet ad artem in Porphyrio: Sancti autem de Sacramentis tractantes præcisè, vel præcipue tractant de causalitate eorum respectu gratiæ. Patet quia per hoc Sacramenta novæ legis & veteris distinguuntur, ut dicitur in littera. Si autem & hæc & illa tantum signarent gratiam, licet illa possent perfectius figurare quam illa, tantum non esset distinctio in ratione cause: & non cause; non enim esset distinctio, nisi per aliam & aliam rationem signandi, quod nullo modo tribuitur rationem causandi, & non causandi.

Qualiter ergo Sacramentum sit causa gratiæ ponitur sic: quia efficiens, distinguitur dupliciter. Uno modo ex parte effectus in dispositivum, quod inducit effectum prævium: & in perfectivum, quod inducit effectum principalem. Alio modo ex parte efficiens in principale, & instrumentale. Instrumentum autem duplicem habet actionem: unam ex natura propria: aliam prout motum est a principali agente: & quando habet secundam, simul habet & primam: & per secundam attingit ad aliquid ultra illud, ad quod attingit per primam, aliam non esse instrumentum, & illud ad quod attingit per secundam, quæ est ejus inquantum motum est, vel instrumentum: aliquid est terminus principalis agentis: aliquid est tantum dispositio ad illum terminum. Ad propositum, aqua per formam suam nature lem habet operationem propriam, quæ est abluere, vel madefacere corpus. Ulterius autem inquantum est instrumentum divinæ misericordie habet effectum prævium; non quidem ad gratiam, tamen eam attingit etiam in virtute principalis agentis, sed ad dispositionem præviam, quæ in quibusdam Sacramentis est character, in quibusdam est aliquis oratus anime proportionatus characteri. Sic ergo Sacramentum instrumentalis non agit ad gratiam, sed dispositive: quia nec per actionem quæ est ejus inquantum instrumentum, attingit illam: sed dispositionem præviam, ut secundum istos istud est consonum dicto Magistri in littera, qui dicit, quod homo non querit salutem a Sacramentis quasi ab eis, sed per ea a Deo, hæc enim præpositio, a, denotat causam agentem: per vero notat causam instrumentalem.

Secundum illam opinionem dicitur ad secundam questionem, (a) quod in Sacramento est aliqua virtus supernaturalis, quæ non tantum est ordo ad effectum, quia virtus semper nominat principium agentis: principium autem actionis, ut probatur s. Ph. c. 1. est aliqua forma absoluta. (b) Qualis autem sit illa virtus ostenditur per distinctionem, nam virtus quæ est principium agendi semper proportionatur agenti, inquantum autem principale agit secundum exigentiam sui forme: ideo virtus activa in eo est forma habens completum esse. In-

a. Th. in 4. dist. 1. q. 1. in 2. p. illius q.

b. c. 10. & inde.

Instrumentum autem agit, ut motum ab alio, & ideo competit sibi virtus ut proportio motui: motus autem est ens incompletum, quasi ens medium inter potentiam & actum 3. *Physic.* & ideo virtus instrumenti, inquantum est huiusmodi habet esse incompletum, non fixum in natura. (d) Sicut virtus immutandi visum, est in aere, inquantum est instrumentum motum a corpore, sed huiusmodi entia imperfecta, quæ sunt in fieri, solent intentiones communiter nominari, eo modo quo virtus in aere ad immutandum visum, dicitur intentio coloris: Virtus ergo spiritualis, quæ est in Sacramento, inquantum instrumentum, est in eo quali in fieri, tanquam ens incompletum, sive intentionale. Et licet arguitur, quod in corpore non potest esse aliqua virtus supernaturalis. Respondetur secundum dicta, quod licet non possit ibi esse virtus supernaturalis secundum esse completum: potest tamen ibi esse secundum esse incompletum per modum intentionis, sicut exemplificatur in multis. Primo quidem, quia sic sermo audibilis causa existens disciplinæ secundum Philosophum in principio de sensu, & sensata, continet quodammodo intentiones animæ, cujus conceptiones quodammodo exprimitur per sermone. Secundo sic. Virtus artis est quodammodo in instrumento motu ab artifice. Tertio sic. In motu corporis celestis est quodammodo virtus substantiæ separatae: movens secundum Philosophum. Quarto sic. Semen agit in virtute animæ, ut dicitur 2. de Animalibus & tangitur a Commentatore 7. Met. c. 2.

Contra istam opinionem. (b) Quantum ad illa quæ ponit ad primam questionem arguitur primo sic: Creatura non potest agere instrumentally ad terminum creationis secundum ipsum: & hoc, ut dicit alibi, maxime verum est de substantia corporea, cuiusmodi est Sacramentum: dispositio autem proxima ad gratiam, qualem ponit, est terminus creationis, (c) Minor probatur, quia illa dispositio est simpliciter forma supernaturalis, & qualibet talis æque non est educibilis de potentia naturali subjecti recipientis: æque etiam subjectum est in potentia obedientialiter ad quamcumque talem formam. Item, ista dispositio respectu gratiæ, cum secundum ipsum sit necessarius respectu gratiæ, quando non est impedimentum in suscipiente, sequitur quod simul fiat in anima non indistincta, ista dispositio & gratia: illa ergo dispositio fit in instanti, sicut & gratia.

Hoc etiam patet, quia non est successio in inductione alicuius formæ, nisi per partes mobilis, vel per partes ipsius formæ, neutrum autem est hic. Primum non, quia subjectum est indivisibile. Secundum non, quia tunc gradus formæ non possent esse, nisi talis dispositio seret continue major, & minor: sed possibile est in aliquo suscipiente Sacramentum minimam dispositionem induci, sicut & minimam gratiam intudi: ad istam autem gratiam non requiritur, nisi mi-

a. Idem etiam 8. phy. b. Prima p. sum. q. 45. ar. 5. in solutione principal. c. Quid sit educi de potentia materia vide Gab. lib. 1. q. 4. sub sine questionibus.

minima dispositio: non est ergo ibi successio per gradus, secundum quos dispositio successive inducitur.

Pater etiam tertio illa dispositio, quia instrumentum non agit, nisi in virtute principalis agentis: ergo si instrumentum non potest agere, nisi in tempore ad istam dispositionem, sequitur quod Deus agit in tempore, v. l. successive ad eamdem. Consequens videtur inconveniens; nec, ut propter infinitatem potentie agentis tunc propter summam capacitatem suscipientis non habentis contrarium. Sic ergo supponatur ex istis tribus probationibus, quod illa dispositio prævia ad gratiam quam ponitur, inducatur, vel induci possit in instanti. Sacramenta autem non possunt habere actionem suam in instanti, quia communiter in Sacramento requiruntur verba multa, ut patet inferius: illa autem non possunt habere esse in instanti: ergo in tempore, quare nec agere actione sua naturali: ergo nec supernaturali quia nec cogendum eos quodam instrumentum habet actionem existentem suam virtutem, habet etiam actionem propriam. Si autem fiat aliqua unam syllabam totius orationis instrumentalis habere esse in instanti, (quod ideo fitio est, quia iornatio huius syllabæ est cum motu locali aeris, & motus non est in instanti) adhuc non falsatur propositum, quia aut illa esset prima syllaba, aut ultima aut intermedia: quæcumque ponatur, in quo illa habet actionem, & dispositionem illam, quæ causatur in instanti, & nulla alia, sequitur quod illa sola sufficeret, & inest omnes alia haberet rationem Sacramenti: quia omnes alie præter illam nec instrumentaliter, nec quocumque modo agunt dispositionem illam præviā: quod est inconveniens, quia in tali oratione Sacramentali nulla una syllaba ponitur Sacramentum, sed tota oratio. Quod si ultra hanc ultimam syllabam esse instrumentum complete, & habere actionem istam quæ attribuitur Sacramento, non in virtute propria, sed in virtute omnium præcedentium, sicut ultima gutta in virtute omnium præcedentium cavat lapidem. 8. *Phy.* Hoc nihil est, nunquam enim in talibus ultimam complete causat effectum in virtute præcedentium, nisi quia præcedentia deliquerunt aliquam dispositionem præviā ad illam terminum: hic autem syllabæ præcedentes nullam dispositionem talem relinquunt ante ultimam: ergo & item, in aliquo Sacramento si, hær hæritæ non videtur illa causalitasse possibile, & hoc ivo loquamur de Sacramento pleno s. Eucharistia iam consecrata; vel de ipsa consecratione Sacramentali, quæ est via ad Sacramentum. Nam primo modo loquendo, species illa per se non videtur esse causa instrumentalitatis attingendo effectum, scilicet, existentiam realem corporis Christi; neque aliquam dispositionem ad illam effectum. De consecratione etiam patet, quia illa verba prolata non attingunt transubstantiationem, quæ est terminus: principalis huius consecrationis cum illa transubstantiatione non fiat, nisi virtute Dei infinita, quod æque vel magis patet, quam de creatione: neque attingit aliquam dispositionem præviā ad illam transubstantiationem, quia aut illa dispositio esset in pane, aut in Christi corpore: neutro modo potest dari.

Non enim in corpore quia jam non esset dispositio: nec in pane, quia, cum illa dispositio esset necessitans ad transubstantiationem, esset in eodem instanti cum transubstantiatione, & tunc in illo instanti esset panis quia quando est dispositio, est & ejus substantiam; simul ergo esset panis in eodem instanti in quo est illa dispositio & transubstantiatione: quod includit contradictionem. Similiter puta fictio videtur esse, quod per ista verba: *Hoc est enim corpus meum*, magis alectetur realiter panis, quam per alia verba prolata, *scilicet iste panis est albar, & hujusmodi*, cum sonus non habeat virtutem aliquam ad causandum alterationem realem in pane. Possent etiam argui ut prius, quia illa verba Sacramentalia habent effectum in tempore: ergo & actionem suam præcise in tempore; illa autem dispositio ad Eucharistiam, si fingatur, non poterit poni causari in tempore propter falsas probationes, quæ supra tactæ sunt in secundo argumento. In proposito etiam est ratio specialis, quia verba consecrationis Eucharistice non possunt habere actionem respectu transubstantiationis, seu dispositionis necessitæ ad transubstantiationem, quia non prius agunt circa passum, quam tangunt ipsum secundum eos & secundum Philosophum. 7. *Phys.* (a) de similitate arguris, & passu: nunc autem in instanti complete prolationis, nondum species illorum verborum tangunt speciem panis quia multiplicatio soni, & sensatio non fit nisi in tempore. secundum Philosophum *in de sensu, & sensate, dubitatione pen. etiam per tempus post instanti ultimum complete prolationis verborum nondum transubstantiatione facta est, nec dispositio prævia ad ipsam: ergo panis per totum tempus permanet, quod est contra communem opinionem de Eucharistia. Quarto arguitur quod ista opinio non pluralitatem sine necessitate, quod est contra doctrinam Philosophorum, patet primo *Phys.* de opinione Mollii, & ejus commendatione ultra Anaxa. & 3. de anima. & 8. *Phys.* (b) quod natura nihil facit frustra. Semper enim si sufficit paucitas ad salvandum, apparentia est magis ponenda, sed talem dispositionem fieri in Sacramento (c) omnino videtur superfluum. Nec hujus pluralitatis videtur esse aliqua necessitas, ut patet in Eucharistia, quia purissima fictio videtur esse, ponere ibi aliquam dispositionem præcedentem, vel inter species panis, quæ sunt Sacramentum, & inter existentiam corporis Christi, quæ est res signata. In aliis etiam Sacramentis hoc probatur: nam in illis, quæ non imprimunt characterem, nulla necessitas videtur ponendi illam dispositionem, quæ dicitur ab illis oraturus, immo hoc videtur esse contra communem doctrinam Theologorum. In quibusvis usque enim Sacramentis imprimatur dispositio ad effectum principalem, si propter obicem in suscipiente non causatur tunc effectus principalis, cessante obice sufficit dispositio ad illam essectum principalem (apparet in Sacramentis imprimentibus characterem, quæ propter hoc non sunt iterabilia) sed in ficti-penitente, cessante fitione, nihil est quod sufficiat ad effectum*

se sum verè penitentis; alioquin non opporreret talia esse confessum, de eisdem peccatis aliis confiteri; et in tali Sacramento nulla imprimatur dispositio quasi necessitans ad effectum Sacramenti.

Contra opinionem istam. Quantum ad secundam questionem arguit sic primo: Illa virtus supernaturalis, si fit in Sacramento, aut est ibi indivisibiliter, idest aut tota in toto, & tota in quilibet parte: aut tota in toto, & pars in parte: non primo modo, quia inter omnes formas perfectiores materiam sola intellectiva ponitur talis. Non secundo modo, quia tunc extendetur per accidens in subiecto, quod est contrarium virtutis spiritualis. Item, in Sacramentis communiter requiruntur verba multa (upatebis infertus) vel ergo in qualibet syllaba esset eadem virtus omnino: vel illa illa esset alia & alia virtus. Si primo modo opporreret dicere quod idem accidens migraret de subiecto in subiectum & maneret postquam subiectum deficit. Si secundo modo poneretur, quod Sacramentum consistens in tota oratione non haberet aliquam virtutem usam. Et si dicas quod habet aliquam virtutem aggregatam ex multis virtutibus multotum partium; hoc improbat per arg. tertium contra opinionem ad questionem præcedentem. Non enim esset principium causandi illum essectum spiritualem in anima, nec videtur probabile, quod Sacramentum unum formaliter (cum hujus ratio formalis sit ex ratione virtutis supernaturalis) habeat tot virtutes supernaturales aggregatas. Item, quero quando ista virtus supernaturalis causatur in illo sensibili pertinente ad Sacramentum? Aut ante applicationem ad actum, sive usum: aut in ipsa applicatione. Si ante, ergo causatio ejus est pure miraculosa, quia est per actum divinum, & non per aliquam dispositionem perpetuam, sive firmam cum Ecclesia: nam non sequitur ad aliquid, per quod possit dici quasi consequens naturaliter hunc miraculo, sed de animatione. Si vero causetur in applicatione ad actum, videtur inconveniens: nullum enim instrumentum formaliter est ideo aptum ad actum, quia aliquid utitur eo, ut instrumentum patet hoc inductive, & ratione. Nam idoneitas instrumenti præcedit naturaliter usum instrumenti, ut instrumentum est. Non enim quia immergo puerum, sive utor aliquo sensibili ad actum Sacramenti, ideo recipit illam virtutem spirituales: non est ergo date quanto recipiat. Ultimo arguitur sicut prius, quod hinc ponitur pluralitas sine necessitate, non enim patet aliqua necessitas talis virtutis, quæ fingitur in Sacramento, neque secundum rationem naturalem, manifestum est, neque secundum fidem: quia fiet sequenti rationem naturalem, est, sunt ponenda plura, nisi quæ ratio naturalis concludit; ita sequenti fidem non sunt ponenda plura, quam veritas fidei requirit. Veritas autem fidei non requirit ponere talem virtutem super naturalem in aqua, vel in verbis, ut patet infertus: nec aliqua ratio cogit ad istam pluralitatem: ergo &c. Exempla quæ adducta sunt de virtute respectu instrumentum non concludunt. Primum de sensibili sermone recipit manifeste falsum: nam sermo audibilibus non habet in se formaliter aliquam intentionem animæ: quod probat

a. r. c. 14. & 8. & inde,

b. 1. c. 10. c. c. 10. c. c. 10. c. c. 10.

c. 10. c. 18. c. 1. c. 3.

tur, quia sermo non impositus ad signandum, nullam talem formam habet in se; potest hoc omnibus: per impositionem autem non recipit aliquam absolutam formam, nec relationem nisi iuste rationis. Hoc etiam probatur aliter; quia eodem existente agente principali & instrumentum sufficiente, sequitur eadem actio: Sed si Latinus proferat verba Latina Graeco, idem est agens principale & instrumentum; quod esset, si loqueretur alii Latino; tamen non sequitur effectus; quia nullus concretus consistit in Graeco audiente; ergo ille sermo non est instrumentum ex se ad causandum aliquid conceptum in audiente. Fallit ergo exemplum pro tanto; quod sermo audibilis est signum remoti-um respectu conceptus, ita quod facta immutatione sensus ab ipso sermone; & ulterius intellecta natura eius, inquantum talis natura est, intellectus eius cognoscens ipsum esse impositum ad significandum talem naturam; est collatione eius ad illud aliud; intelligit illud aliud non ita, quod sermo per aliquam formam causet conceptum de aliqua re, sed sermo est praevis ad conceptum de re; qui causatur per propriam speciem rei, velphantasma in anima. Quod patet; quia quantumcumque sermo proteretur, si audiens non haberet in se speciem rei prolatæ, nullus conceptus causaretur in eo de illa re; unde per voces non intelligimus res; nisi quarum habeamus species: sed quod actualiter eas consideramus; hoc est propter collationem signi ad signatum. Secundum exemplum de instrumento artificis non concludit. Valde enim improbabile videtur, quod aliqua forma toties causaretur in terra, quoties movetur ab artifice; & toties desinat esse; quoties definit esse moveri. Tertium exemplum de motu non cogit, quia quomodocumque substantia causatur a cælo; saltem motus localis cæli non potest esse formale principium producenti eas. Et similitur de quarto exemplo, de generatione animalium; quæ. *v. lib. dissertatione 18.*

Ad primam ergo questionem est alia opinio: quæ in Henr. *questi-
li. 4. questione ultima.*

*Nota (a) quod Henricus ubi supra triplicem opinionem ponit de de-
tractis in comparatione ad gratiam. Prima est, quod non est po-
tena a quacunque virtute supernaturali in Sacramento nove legis
ad creando gratiam, sed Deum ex parte sui assistit Sacramento, &
in collatione suorum Sacramentorum per assistentiam causat gra-
tiam. Secunda opinio est; quod Sacramento nove legis cooperantur
ad gratiam non sicut per se agens, & per formam in se existen-
tem; sed sicut instrumentum motum ab agente per se: & hi duobus
sententiis opinionibus ponit tertiam, quæ sua est, & est talis:
Sacramenta nove legis dicuntur causa gratiæ, non quia causent
eam ullo modo plusquam Sacramenta veteris legis; sed quia sunt
contentiva illius; quod est causa gratiæ: aut realiter, sicut Sacra-
mentum Eucharistiæ; in quo continetur realiter humanitas
Christi contentiva divinitati: idem dicitur maxime contentiva gra-
tiæ & effectiva. Aut virtualiter, sicut Sacramentum Baptismi*
quod

quod scilicet in virtute sanguinis Christi, dicente Apostolo Rom 6.
Quotique baptizati sumus, in sanguine eius baptizati sumus.
Et dat exemplum de divinitate Christi contentiva eius humani-
tati, quæ operabatur mirabilia: unde & hic dicitur Sacramen-
ta nove legis, vasa gratiæ. Et differunt ut videtur; hæc opinio
a prima; ad minus verbaliter; quia prima dicit per assistentiam
Gratiæ, hæc vero per insistentiam &c. Contra istam opinionem Deus
non est aliter secundum essentiam; presentiam, & potentiam
in Sacramento, quam in alio corpore: ergo ponatur aliter; hoc
non est nisi ad aliquem effectum causandum; sed quod sic sibi
non potest esse per aliquam casualitatem Sacramento. Sacramentum
autem, nullo modo est causa Deum determinans ad causandum ef-
fectum sibi proprium: ergo tantum est in hoc modo, aliter quam
in alio corpore, ex determinatione propria voluntatis, quæ dispo-
nit sic operari. Hæc autem dispositio manifestata Ecclesiæ, dicitur
promissio, vel passio: ergo nihil aliud dicit ista opinio; quam illud
de opinione alia scilicet de passione.

Ad primam ergo questionem dico, quod cum necessitas eorum;
quæ sunt ad finem; sumatur a fine; & secundum omnes loquentes
de Sacramento, finis Sacramenti est gratia; vel aliquis effectus Dei in-
visibilis, disponens hominem ad salutem: & iste finis potest sufficien-
ter haberi eo modo quo habetur per Sacramentum, alique hoc, quod
dicitur Sacramentum habere aliquam actionem proprie dictam, sive
respectu gratiæ; quam non potest attingere cum illa creetur, sive
respectu dispositionis supernaturalis praviæ, quia illa etiam crearetur
sequitur quod non sit ponenda talis actio: cum nec ista plura sint ne-
cessaria, nec manifeste possibilia. Qualiter autem cum hoc salvetur
quod Sacramenta habent gratia, sicut Sancti loquuntur. Dico brevi-
ter, quod omnis dispositio necessitans ad istam; quæ non est ratio
receptivi; potest dici quodammodo causa activa; sive causa in-
strumentalis respectu forme: ipsum autem Sacramentum sive succe-
ptio Sacramenti est talis dispositio; & immediata; non causans aliam
mediam inter se & gratiam: ergo ipsa potest dici quodammodo causa
activa, vel instrumentalis respectu gratiæ. Major probatur per exem-
pla & per rationem. Primum exemplum illius est, quia absolute con-
ceditur quod merita sunt causa instrumentalis respectu pramiæ, &
quod per merita acquiritur pramiæ; & tamen meritum non causat
active pramiæ in se, nec aliquam dispositionem mediam, sed so-
lummodo ipsum esse ad dispositio praviæ ad pramiæ, non tamen
fieri ratio receptivi. Aliud exemplum motus aliquo modo ponitur
causa respectu termini: & vere & proprie conceditur, quod per motum
acquiritur terminus; & tamen motus non habet actionem ali-
quam ad causandum terminum; neque etiam dispositionem interme-
diam, sed ipsemet est dispositio proxima ad terminum, non tamen
ratio receptivi. Item major eadem probatur ratione: Quod est cau-
sa prioris, non propter hoc est causa posterioris, nisi illud medium

fit causa terti; & hoc aliquo modo in eodem ordine causæ: agens
causæ dispositionem proximam ad formam (secundum eos) conce-
ditur esse aliquo modo causa respectu formæ: oportet ergo quod dispo-
sitiō proxima ad formam reducat ad genus causæ efficientis respec-
tu formæ. Est ergo modus iste quod successio Sacramenti est dispo-
sitiō necessitans ad effectum signatum per Sacramentum, non quidem
per aliam formam intrinsecam, (a) per quam necessario causaret
terminum, vel aliquam dispositionem præviā: sed tantum per affi-
nitatem Dei causantis illum effectum, non necessario absolute, sed
necesse tate respiciente potentiam ordinatam: dispositio enim univer-
saliter, & de hoc Ecclesiam cruciavit, quod suscipiens tale Sacra-
mentum ipse conferret effectum signatum. Nec obstat, quod succe-
sio Sacramenti est aliquid circa corpus ipsius suscipientis: gratia au-
tem causatur in animis, quia sufficit quod dispositio, & forma sint
in eodem sub-posito, & maxime quando dispositio non est dispositio
ex parte rei, & in ordine ad agens voluntarie causans terminum. Ad
intellectum hujus sciendum, quod instrumentum communissime ac-
ceptum extenditur quandoque ad causam secundam, ut tactum est in
prima, proprie autem ut distinguitur contra causam secundam: quan-
doque veto accipitur pro eo quod est pars, per quam totum agit:
& sic loquitur Philosophus vocans: 2. de Anima (b) organa sensuum
& aliarum potentiarum instrumenta, sive partes per quas totum ope-
ratur tales operationes. Alio modo instrumentum dicitur causa activa
ad dispositionem præviā. Tertio modo dicitur instrumentum sicut
instrumentum in arte, & ab isto primo tractum est hoc vocabulum.
De isto autem dubium est, an sit activum proprie? & videtur proba-
bilis, quod non. Serra enim non habet in se, nisi quantitatem, fi-
guram, & motum localem, de quibus omnibus patet, quod non
sunt formæ activæ. Et probatur quia alter Mathematicus conde-
rando quantum figuratum, non abstraheret a motu. Si autem pon-
tur quod dicitur sit qualitas (c) activa, hoc nihil est, quia si Deus
de potentia absolute aliquod quantum molle conferret in eadem
quantitate, & figura movendo ipsum localem, æque divideret ali-
quod corpus, sicut modo instrumentum durum dividit: ergo dicitur
quod est qualitas, non est formale principium agendi. Apparet tamen
esse pro eo, quod est quedam impassibilitas resistens corruptum-
p: manente autem quantitate corporis, & figura, non mutato alio,
ac corrupto, si localiter moveretur, oportet quod expellat aliud pro-
portionatum quantitati suæ, & figura, quod non oportet, si ejus
quantitas non maneret, sed cederet: sicut est de molli. Probatur
etiam propositum, quia ubicunque est formalis impassibilitas in
creatura, unum illorum non expellit aliud active, sed tantum forma-
liter: agens autem inducens unum effective, expellit aliud effec-
tive: corpora autem videntur habere impassibilitatem respectu
eius-

a Speculatio in stabili. b i. c. 8. v. ind.

c Vide consil. 12. Met. comm. c. 4.

eiusdem, sicut qualitates contrarias respectu eiusdem subiecti. Sicut
ergo idem agens effective inducit calorem, ita frigus, expellit: non
autem est frigus calor expellit frigus, sed tantum formaliter. Ita in
proposito de expansione corporis ad ubi per aliud corpus: Diviso au-
tem ligni per scissam, vel scissum, non est nisi quodam expansio
partium ab ubi, ad quod movetur securis ab ipso artificio, cedendo. Te-
nendo igitur quod indumentum artificialia non sunt formaliter activa,
sed tantum sunt receptiva quædam effectus prioris ordinati ad effec-
tum ultimum, apparet magis propositum, quomodo Sacramentum
potest dici instrumentum, licet non habeat virtutem activam proprie
respectu termini: sed fit quidam effectus prior ordinatus ad gratiam.
Et si dicatur non esse simile, quia Sacramentum non suscipit illum ef-
fectum superiorem, sicut securis recipit motionem, hoc non obstat:
quia sicut totum illud quod recipit effectum priorum, potest dici in-
strumentum: ita & quodammodo iste effectus potest dici instrumentum:
vete enim potest dici quod per motionem serræ lignum dividitur, Sa-
cramentum autem, sive successio Sacramenti est effectus ille prior in
proposito: ergo &c.

Ad questionem secundam, patet per idem, quod nec manifeste
possibile, nec necessarium est ponere illam virtutem, que sit forma
realis in Sacramento. Ut quid enim totius generaretur, & corrupte-
retur? Nec per illam, si poneretur, aliquid causaretur in anima,
nec causaretur ipsa regulariter, nisi ex pactione divina, cum Ecce-
lesia: & sic sine tot superfluis in aqua & anima intermedii, potest sal-
vari, quod passio divina fit immediata respectu effectus contenti
& recipientis Sacramenta. Si tamen fiat alteratio proprie auctoritatis
de isto vocabulo virtus: potest dici, quod virtus uno modo est ul-
timum de potentia, primo Cal. v. min. Ultimum autem potentia
signi practici est, quod significat efficaciter, hoc est prævie, & cer-
titudinaliter: nam non potest signo, inquantum practicum esse, com-
petere maior potentia. Tamen talis virtus potest concedi esse in Sa-
cramento: sed ista non est aliqua forma absoluta, sed tantum rela-
tione conformitatis signi ad signatum. Est sive ista pertinet ad essen-
tiam Sacramenti, (& tunc oporteret quod Sacramentum non tantum
includat rationem signi cum suis differentis, sed etiam aliquam ratio-
nem conformitatis ad signatum, que dicitur veritas in signo: & pa-
ret, quod istarum relationum una accidit alteri: & quali posterior
fundatur in alia priori: conformitatis enim in signo fundatur, & pos-
set esse signum sine ea) sive ista non pertinet ad rationem Sacramen-
ti, sed fit accidens concomitans, ut in pluribus, saltim ista ratio
est illud ultimum de potentia signi practici, & sic virtus.

Ad primum autem dico, quod aqua aluit cor, id est, animam,
non quidem causando dispositionem mediam inter ipsam & gratiam
abluentem: sed abluat tanquam dispositio proxima & immediata ad
gratiam, eo modo quod dicitur, quod merum inducit beatitudinem,
vel quod lectio, sive alia huiusmodi preparatio inducit sanitatem.
Si enim causaret dispositionem ad gratiam, & sic diceretur abluere,

adhuc oportet illam dispositionem immediatius abluere, sicut arguitur est supra de ordine causatum respectu tertii. Ad secundum dico, quod Magister in definitione Sacramenti per hoc quod addit, *et causa existit*, nihil aliud intelligit, nisi quod est signum efficax, per quod intendit, quod sit primum certum, & verum, & primum naturaliter ad sum signatum.

Per idem dico ad illud de distinctione Sacramentorum nove legis & veteris, non enim distinguuntur per illud quod neutrum illorum potest convenire, scilicet active agere ad aliquid spirituale in anima: sed ista nove legis gratiam causant, tanquam signum efficax, illa autem veteris legis non: loquendo de Sacramentis idest de caeremoniis illius legis. De hoc patebit in sequenti quaestione.

Ad aliud dico, quod si motio ferre esset dispositio proxima ad inductionem alicuius forme, & non ex natura alicuius motionis, sed ex dispositione alicuius agentis simul cooperantis, posset rationabiliter peti ab illo agente, quod illa motio procederet id, quod continet: hoc est dictum, quod sicut continet illud, tanquam dispositio proxima: sic perficitur illud, hoc est ad ipsam immediate sequitur illud, hoc modo est in proposito.

Ad illa que adducuntur in prima opinione, patet ex istis: Sacramentum enim non est tantum causa per accidens: sicut nec ipse ponet ornamum vel claretorem esse causam per accidens respectu gratie: immo sicut ponet illud causatum a Sacramento esse per se dispositionem ad gratiam: ita dico quod Sacramentum, vel eius susceptio est dispositio proxima ad gratiam. Et per hoc patet, quomodo ponitur in definitione eius, & quomodo pertinet ad artem tractantium de Sacramentis. Si enim aliquis consideraret inclinationem, vel aliquid huiusmodi, in quantum ordinaret ad sanitatem humanam, & denuerit ipsam, & differentiam assignaret per ipsum ordinem, licet ipse ordo accideret nature rei in se. Hoc modo Sancti & Doctores non curantes de Baptismali ablutione, quantum ad naturam in se, non magis quam de natura balneationis cuiuscumque per se: considerant illud, in quantum ex institutione divina habet ordinem ad gratiam, & ideo sic definiunt, & differentias assignant.

Ad primum argumentum secundae quaestiones, patet quod virtus illa est efficacia signi respectu signati, quae efficacia non est forma realis maxime absoluta, sed est veritas signi virtualiter procedentis si, generatum. Ad secundum, si sanitas non posset nisi ab agente voluntario induci, & ab ipso institueretur aliquod signum, quod esset efficax, seu dispositio necessitans ipsum ad inducendum sanitatem, illud signum esset medicina virtuosae: non tamen per aliquam formam absolutam, quae esset principium sanandi, sed tantum per ordinem efficacem ad sanitatem.

Ad tertium potest dici, quod quoties Sacramentum est novum, toties fundamentum est novum: & tunc non est ibi nova relatio sine mutatione fundamenti: sed illa mutatio non est ad aliquod absolutum in fundamento: sed ad esse fundamenti.

quo

Vel aliter dici potest, quod relatio rationis potest esse nova in aliquo absque omni novitate absoluti in ipso: iussit enim nova comparatio absoluti ad alterum per actum intellectus: hoc modo potest Deus dici Dominus de novo sine novo absoluto in ipso. Vel magis ad propositum potest nam nisi dici primum de novo: esse enim primum non dicit nisi relationem rationis, sicut nec esse commutatum pro alio: esse enim commutatum non magis dicit relationem realem, quam esse datum: datum autem (et inabsolutum est, cum dicitur habitudinem objecti ad voluntatem) non dicit nisi rationis relationem in ipso dato: sicut nec intellectum esse in objecto intellecto.

QUAESTIO VI.

Utrum in Circumcisione ex vi circumcisionis conferbatur gratia?

Quod non, probatur Rom. 4. Signaculum accepit Circumcisione, Gloria; Peccata ibi solum dimittebantur: sed gratia ad bene operandum Augustinus non praestatur.

Item, Aug. in Psal. Ut quid Deus repulsi in sinem? (a) Illa inquit de Sacramentis veteris legis tantum promittebant, & signabant haec autem dant salutem, scilicet Sacramenta nove legis. Item, Circumcisio non applicbat janua, sicut vult Beda super illud Luc. 11. Postquam consummati sunt dies octo. Habent gratiam patet janua regni, quia eius est haeres secundum Aug. de Trin. lib. 15. c. 19. Ipsa dividit inter filios regni; & perditionis. Item, per rationem sic, sacramentum non causat, nisi quod signat: Circumcisio namque signat ablationem, & non aliquid positivum, quia non est ibi nisi ablatio partis a toto: ergo & contra, Aug. lib. 2. de sup. & conca. & ponitur de Purgat. dist. 4. Ex quo instituta est Circumcisio in populo Dei ad purgationem huius peccati veteris, valebat magnis & parvis; sicut Baptismus valere capit ex quo institutus est: hoc non esset, nisi ibi contingeret gratia: ergo & c. Item, Beda super illud Luc. 2. Postquam consummati sunt dies octo. Idem salutaris curationis auxilium Circumcisio in lege agebat, quod Baptismus tempore gratiae agere consuevit.

Hic supponendum est tanquam certum, quod per Circumcisionem peccatum originale debebatur, quod patet per auctoritates Sanctorum. Et ad hoc est ratio congrua, quae Deus nullo tempore reliquit genus humanum sine remedio necessario ad salutem: maxime illos quibus ipse legem dedit, ut per eius observantiam pertingerent ad salutem. Frustra enim fuisset data talis lex sine tali remedio: ergo tempore legis Moisaicae dedit aliquod tale remedium observantibus huiusmodi legem. (b) Non possunt autem attingere ad salutem sine deletione originalis culpa; quod supponitur ex secundo libro; ergo in illa lege instituit aliquod remedium contra illam culpam illud & non aliud videtur esse ibi institutum, tanquam tale remedium contra illam.

D 2

iuxta

a In expositione sup. sp. illius 7. b dist. 39. & inf.

juxta illud Gen. 17. *Masculus cujus caro praeputii est*: et sic obijciatur, quod Circumcisio sit ex Patribus, non ex lege: quia data est Abrahae Circumcisio, & hoc per multos annos, scilicet 400. ante legem Moysicam datam in monte Sinai. Hoc non obviat, quin sit remedium contra originale peccatum. Quod autem Deus voluit illud instituisse ante legem Moysi, arguit, quod non sit remedium praesens huiusmodi legis: sed nec lex illud evacuavit, & confirmavit. Sed inquirendum est, an ex isto supposito sequatur necessario gratiam in Circumcisione conferri. Et quia dimissio culpa & collatio gratiae sive conjunctum, sive separatum non respiciunt nisi potentiam divinam; aliquid autem dicitur possibile Deo dupliciter, scilicet secundum potentiam absolutam, vel ordinatam. Ideo primo videndum est, an possibile sit Deo de potentia absoluta deleta culpam originale sine infusione gratiae. Secundo an hoc sit sibi possibile secundum potentiam ordinatam.

Quantum ad primam, videntur aliqui dicere, quod non. Et si rationes concludunt videntem esse. Prima est talis: Non potest de anima peccatum deleri, nisi de immunda sit munda; Sed hoc non potest fieri, nisi per aliquam mutationem factam in anima: illa autem mutatio erit necessaria ad aliquam formam positivam repugnantem culpae, & hoc absolutam, quia ad relationem non est motus, nec mut. *5. Phy.* huiusmodi formam absolutam repugnantem culpae in anima, dico gratiam: ergo &c. (a) Secunda ratio talis est: In peccato deformitas opponitur gratiae, ut privatio habitui: sed privatio non potest tolli a subiecto, nisi per collationem habitui oppositi: ergo &c. Et hoc est quod August. arguit, quod culpa & gratia opponuntur sicut tenebra, & lux in aere. Tertia ratio: Culpa non potest deleri, nisi tollatur deordinatio, ut non imputetur ad peccatum: si autem deordinatio eius maneret, necessario imputaretur ad peccatum: quia ipsa manens non potest aliter ordinari, quam per penam inflictam: ergo culpa dimitti non potest, nisi deordinatio ejus tollatur: illa autem non tollitur nisi per gratiam: ergo &c. Quarto, si culpa dimittitur, divina offensio remittitur: ergo peccator Deo reconciliatur: ergo per consequens a Deo acceptatur: nullus autem a Deo acceptatur sine gratia: ergo &c. Et confirmatur, quia si non est inimicus, ergo amicus.

Contra istam conclusionem arguo primo sic: Quocumque sibi invicem repugnant circa idem, mutuo se excludunt circa illud: ergo cum plura repugnant circa aliquod subiectum, illud potest per quodlibet illorum excludi ab illo subiecto: sed culpa originali repugnat rebus situm in ejus naturalibus, etiam sine gratia. Et patet de facto secundum Magistrum ponentem hominem a Deo sic conditum. Patet etiam de possibili, ratione: quia si non potest natura fieri recta rectitudine naturali, & sine gratia, tunc gratia est naturalis, licet non naturae lapsae, tamen naturae in rectitudine propria institutae. Illud enim

enim est naturale quod consequitur naturam secundum se: ergo sequitur quod per solam rectitudinem naturalem, & sine gratia potest culpa expleri. Si dicatur, quod rectitudo absolute potuit esse in natura absque gratia, tamen post culpam non potest restitui, nisi collata gratia. Contra istud, & simul ad conclusionem principalem arguo sic: Forma non habens esse alterius rationis in subiecto, non habet inseparabilitatem aliam a quocumque: quia enim est talis forma, & tale esse habens: id est separabilis, vel inseparabilis a quocumque: sed forma non habet esse alterius rationis in subiecto, ex hoc quod ejus oppositum praecessit in eo, ut patet de rigor: & calore circa aquam: ergo forma non habet aliam inseparabilitatem a quocumque, per hoc, quod ejus oppositum praecessit in subiecto: sed rectitudo naturalis si non praecessit suam oppositam, potest separari a gratia per te: ergo Item, qualemcumque secundum formam absolutam potest Deus hominem creare, talem & praesens potest reparare post culpam secundum formam absolutam: sed in pura rectitudine naturalis potest hominem creare: ergo &c. Major probatur, quia culpa non facit naturam esse aliam in se; ergo nec quia est capax ejusdem, cujus fuit prius capax: aegres autem divinum potest illi immutare quocumque, cujus est capax, & hoc sine quocumque, quod non includitur in ratione illius impressi, & maxime si id non includit sit posterior ipsa forma impressa: gratia est huiusmodi respectu iustitiae, vel rectitudinis naturalis: ergo. Si instituitur contra majorem secundum Hieronymum, quod Deus non potest de non virgine raece virginem, & tamen a principio potest creare virginem. Respondet, accipi in majore qualemcumque secundum formam absolutam, & sic non est instantia: quia accipiendo quocumque absolutum impositum per virginem: sive sit perfectio in mente, sive dispositio in carne: totum potest Deus reparare: sed ultra, ista virginitas dicit negationem quandam actus praeteriti, ut scilicet nunquam accidisse mente, vel carne in peccatum carnis: ex quo enim actus praeteriti, non potest Deus facere quod praeterit. Unde Philosophus 6. *Ethic.* c. 1. (a) commendat dictum Agathonis recte dicentis, *Hec solo privatur Deus ingenia facere, quae facta sunt.* Et ratio est: quia nulla factio potest esse non ens de aliquo non ente; quia, maxime extendendo rationem, qualibet est, vel ens de non ente, vel non ens de ente; sicut in annihilatione; vel entis de ente: praeteritum autem non est ens: & ipsum non praesens est aliud non ens: ergo non potest ex praeterito fieri, quod non sit praeteritum. Si obijciatur, si Deus totum illud absolutum, quod est in virginitate potest restituere; ergo & aureolam reddere: nam aureola videtur correspondere alicui perfectioni absolute in virginitate. Potest dici quod aureola virginis, est gaudium accidentale de sua innocentia, id est, de nunquam accidisse in illud peccatum ad quod communiter natura prona est, maxime in adolescentia. Est obijciatur, quod ista negatio non est materia gaudii multum excellentis, vel specialis.

cialis. Respondeo, sicut affirmatio est fugibilis, seu odibilis, sic negatio amabilis. Sicut ergo excellens odibile est fuisse lapsum in tale peccatum, ita ex charitate amabile, & delectabile est nunquam accidisse. Est ergo gaudium essentialis est de bono positivo immo maximo, tamen non est inconveniens ultra illud ad si aliquod gaudium accidentale de negatione, cui opponitur affirmatio odibilis. Multum enim addit de gaudio non accidisse in culpam, ultra id quod ali-quis habet de hoc, quod post culpam iurexit ad gratiam.

Concedo ergo conclusionem ultimam rationum, quod de potentia absoluta posset Deus dimittere culpam originalem, non conferendo gratiam, & hoc maxime cum gratia non opponatur formaliter peccato originali: nec modo dimitteret illud peccatum per collationem gratiae, nisi quia gratia includit equivalenter in acceptione divina iustitiam originalem, quae formaliter opponitur peccato originali.

Ad argumenta pro opinione praecedente. Ad primum, concedo quod posset fieri de impunda munda, munditia opposita, si restitueretur iustitia originalis, quam privat peccatum originale; sive illud sit donum superadditum naturae, sive sit restitutum naturalis, id est praecedens omni delectationem peccati. Ad secundum, patet quod falsa est propositio de oppositione istius culpae ad gratiam: immo sic opponitur culpa ista iustitiae originali, & non gratiae, nisi quia ipsa in acceptione divina aequivaleat iustitiae originali; sed nullo modo opponitur gratiae ut propriae, & praecise privatio eius. Ad tertium, dubium est, utrum possit non imputari ad penam deordinatione eius nisi ablata. Sed hoc concessio opposita deordinationi ista posset auterri absque collatione gratiae. Ad quartum concedo, quod divina offensiva placatur, & isto, cui dimitteret peccatum reconciliatur; sed non sequitur, ergo est acceptus Deo ista acceptatione specialis, qua est acceptus pro gratiam. Homo enim in puris naturalibus est placatus Deo, non tamen acceptus specialiter, hoc est dignus vita aeterna; pax enim & reconciliatio non dicunt, nisi Deum nolle vindicare culpam istam; sed acceptare plus dicit, scilicet illum ordinare, tantquam dignum vita aeterna. Patet etiam in nobis; possum enim alicui qui offendit me, placari, ut non sint sibi inimicus, neque velim vindicare commissum abique hoc, quod recipiam eum ad amicitiam specialem; secundum quam ordinatur ad aliquod bonum speciale. (a) Sed adhuc restat dubium, utrum Deus de potentia absoluta posset dimittere peccatum originale absque collatione consequente postea repugnantis illi peccato, puta iustitiae originalis, vel aliquis huiusmodi. Et videtur quod non per tres rationes prius factas de privatione, & mutatione, & deordinatione; & specialiter per hoc, quod homo non habens iustitiam originalem, necessariam habet contentiam istius iustitiae, & etiam debitum habendi, si est propagatus ab Adam. Hoc probatur. Ideo est enim debitor huius iustitiae, quia accepit in Adam debitum ab ipso naturaliter propagatus; sed contentiam huius iustitiae cum

debi-

debito habendi eam complet rationem peccati illius originalis: ergo simpliciter necessarium est propagatum ab Adam habere peccatum originalem, si non detur originalis iustitia in se, vel in aliquo aequivalenti. Item *distinct. 17. primi lib.* probatum est charitatem esse in anima per mutationem illam, quae fit in iustificatione peccatoris: si autem possit iustificari, seu reconciliari Deo sine mutatione eius, quae dicta sunt ibi, necesse est ponere, quod peccator non possit reconciliari Deo sine mutatione ad formam absolutam, & illa responsum est termino *quoque*, & per consequens erit gratia, sic prius est argutum. Primum argumentum requirit difficultatem tangendam inferius *dist. 14.* an scilicet peccatum possit deleri, absque productione formae novae in anima? Quod si poneretur, quod sic, de originali sicut forte ibi diceretur de actuali, posset dici ad argumentum, quod non omnis propagatus ab Adam, quia propagatus, est debitor iustitiae originalis, sed cum hoc, quia Deus vult talem teneri ad illam iustitiam potest autem non velle illum teneri ad illam iustitiam absque mutatione aliqua positiva, & absoluta in isto, ut tangitur ibi. Ad secundum iuxta hoc, consequenter potest dici, quod in iustificatione peccatoris est una mutatio privativa, quae de iustitia fit non iniunctiva. Est etiam ista positiva, quae de indigno vita aeterna, sit dignus vita aeterna, & de non potente meritorio agere fit potens agere meritorie. Licet ergo ex prima mutatione non possit concludi aliqua forma nova in iustificatione, tamen ex secunda potest, & sic argutum est ibi *distinct. 17. primi*. Non enim est nunc dignus de novo vita aeterna, neque nunc de novo potest meritorie agere, nisi formam aliquam novam habeat, quia sit dignus, & qui possit agere.

De potentia vero ordinata ponitur, (a) quod etiam de facto in Circumcisione delerit culpam originalem sine infusione gratiae propter auctoritates Sanctorum, quae videtur negare gratiam a Sacramentis veteris legis, ut deducuntur est opponendo. Alii dicunt, quod principaliter instituta fuit propter dimissionem originalis; ex consequenti autem ad gratiam conferendam, & pro tanto dicitur non conferre gratiam, quia non ex principali institutione, sed concomitante. Quo ad hoc tenet, quod non est possibile de potentia ordinata, culpam originalem, nec aliquam aliam mortalem delimiti sine infusione gratiae, quia licet absolute sine contradictione possit esse medium in specie humana inter filium regni, & filium perditionis, scilicet, homo in puris naturalibus; tamen secundum legem sapientiae divinae post lapsum nullum est medium inter gratiam, qui est filius regni, & peccatorem, qui est filius carceris. Nec potest esse loquendo de potentia ordinata, id est, conformi legibus a sapientia & voluntate divina determinatis: & ideo nullum liberat, nec liberare potest a culpa, nisi cui dat gratiam. Ad hoc etiam contra secundam opinionem quod principaliter intendi tur gratia in

D 4

Cir-

a Dubium notabile.

a Magis. in 4. de 1. c. ultimo. Vari. d. 4. q. 2.

Circumfessio: quod proba, quia agens secundum ream rationem principalis intendit perfectionem, (a) quam carentiam defectus, sive imperfectionis: quia non intendit illam carentiam, nisi propter perfectionem: Deus ergo in instituyendo Circumfessionem (cum sit agens secundum ream rationem) principaliter intendit perfectionem positivam, pura gratiam, quam carentiam imperfectionis id est, peccati originalis. Tertio propter considerationem primæ opinionis & auctoritatis Sanctorum, declaro qualiter Sancti intellexerunt Sacramenta veteris legis non contulisse gratiam. *Sacramentum enim;* (ut dictum est prius) potest accipi improprie, & proprie, & quidem in illa lege fuerunt multa dicta improprie Sacramenta, scilicet purgationes ab Immunditiis contractis secundum legem, ut patet in Levitico de purgatione a tactu morticini per aquam expiationis, & de purgatione a lepra, & aliis huiusmodi. Erant etiam ibi Sacramta improprie dicta alia ab istis, tanquam plus accidentia ad perfectionem, cuiusmodi erant oblationes hostiarum: hæc enim pertinebant ad cultum lætitiæ pro tempore, in quo Deus voluit sic coli: hæc & illa, scilicet purgationes, & sacrificia, sive oblationes, dicebantur ceteronominia, & improprie Sacramenta: & de istis concedo quod non causabant gratiam, tanquam sine efficacia respectu gratiæ, eo modo, quo expostum est in definitione Sacramenti, sed tamen in illis continebatur gratia per modum meriti, licet aliqui negare videantur, quod in talibus ex charitate factis contretur gratia: hoc enim videtur omnis durum, scilicet, quod aliqui ex charitate & obedientia sit servans Dei præceptum, & non mereatur. Hoc etiam videtur irrationabiliter dictum, quod Deus alicui dederit præceptum, nolens observantem præceptum mereri, quantumcumque ex charitate & obedientia observaverit: hæc autem de istis ceteronominis, tam purgationibus, quam oblationibus præcepta data erant in illa lege. Patet in multis locis, & quandoque videtur ex textu, quod sunt præcepta necessaria ad salutem; puta; *Qui praterierit se lastrari de aqua prædita peribit a vicino illa de populo suo* (b). Quæ comminatio nunquam ponitur, nisi ad deservendam transgressionem peccati mortalis: (c) ergo Iudæi ex charitate observantes Sacramenta improprie dicta, merebantur gratiam, vel augmentum ejus, si eam jam habebant: sed non propter hoc illa erant proprie Sacramenta. Sacramentum enim ex virtute operis operati contret gratiam, ita quod non requiritur ibi bonus motus interior, qui mereatur gratiam; sed sufficit quod suscipiens non ponat obicem. Sed in illis actibus non conferebatur ex hoc solo, quod obdicens non poneret obicem; sed tantum conterebatur ex virtute boni motus interioris, tanquam meriti. Sed præter ista in illa lege est Circumfessio, quæ fuit proprie sacramentum: unde & Magister ab illa universi hanc *Super Psalm. 3.* explicat Circumfessionem: hæc enim per modum Sacramenti contulit gratiam ex virtute operis operati,

a Vide V. R. hic q. 4.

b Num. 15. v. 19.

c Vide eisd. ibi.

rati, non tantum ex virtute operis operantis, scilicet ex motu interiori, & tamen si sint aliqua dicta Sanctorum, gratiam negantium ab illis Sacramentis, loquendo non tantum de ceteronominis, sed etiam de Circumfessione.

Respondedo, dupliciter potest intelligi. Vel, quia parvam gratiam contulit Circumfessio respectu Baptismi, cujus ratio dicitur *is q. dist. sequenti*: Vel, quia non contulit gratiam, ut dispositionem in medietate ad gloriam, quia non aperuit januam, sed hoc non fuit ex defectu ejus, sed quia fluxit tempore, quo pretium non fuit solutum.

Vel tertio modo, non contulit gratiam, quia non universaliter cuicumque suscipienti; determinabatur autem forte ex institutione sua ad certum gradum gratiæ, ita quod ultra illum gradum non posset, nec intendendo, nec inducendo, & ita si tantum gradum inveniret in suscipiente, nihil sibi conferret, & iste ultimus modus apparet esse de intentione Magistri: dicit enim *c. pen.* quod solum peccata ibi dimittebantur, nec gratia ibi dabatur, & subdit statim, *ut in Baptismo*; & modum statim exprimit, quia quantumcumque iustus accedat ad Baptismum, uberioris ibi recipit gratiam, unde Baptismus generaliter intendit ibi gratiam jam habitam, vel inventam; sed non est ita in Circumfessione, unde Abrahæ jam justificatus hemiculcum tantum sicut, nihil enim sibi interius contulit, quia gratia Abrahæ jam attingat, vel transcendat illum gradum, ad quem determinata fuerat Circumfessio: & intelligo nihil ei intro contulit per modum Sacramenti, sive virtute operis operati: sed credo quod ei contulerit per modum meriti, sive virtute operis operantis: quia credo quod actus circumfessendi se ex obedientia Dei, & ex charitate procedens, si fuit meritorius, sicut & immolatio Isaac. Et si obicitur, quod Circumfessio non est proprie Sacramentum, quia non est certum signum, quia non semper habet collationem gratiæ concomitantem ex vi operis operati. (a) Respondedo, quod satis certitudinaliter significat, vel gratiam tunc in fieri, si non sit obicem, vel tunc in esse, si sicut & Beata Virgo fuisse in conceptione filii in lumina plenitudine gratiæ, ad quam Deus disposuit eam perverantiam, si postea fuisse baptizata, nullam ibi gratiam recepisset de novo; tamen Baptismus non fuisse in eis signum fallum, vel incertum, quia gratiam significaret, vel tunc fieri, vel prius datam tunc inesse.

Ex istis patet ad omnes auctoritates, adductas arguendo ad principale, Vel enim loquuntur de Sacramentis veteris legis improprie dictis, scilicet, de ceteronominis: vel si loquuntur de Circumfessione, quæ fuit proprie Sacramentum, negant eam gratiam conferre secundum aliquem intellectum prædictum. Ad retritum de aperitione januæ dico, quod non fuit defectus Circumfessionis, quod non aperuit januam, sed quia currit tempore, quo pretium non fuit solutum, nam post solutum precium potuit alicui aperiri janua, qui non fuisse baptizatus, sed solum circumfessus, & in gratia baptizato veto distinctio au-

a Vide *uv. 3. d. 3.*

te passionem, non patulit janus pro tunc. Ad ultimum dico, quod Baptismus quantum ad actum externum, non significat, nisi quandam deletionem immunditie corporalis, & tamen nullus negat aliquid esse ejus effectum positivum. Dico ergo ad majorem, quod Sacramentum magis proprie significat illum effectum in anima, ad quem conicitur gratia in Sacramento, quam signet ipsam gratiam; unde gratia existente una in anima, Sacramenta tamen diversa, distinguuntur per diversa significata propria, que sunt diversi effectus eisdem genere, sicut dicitur postea; effectus tamen gratie tam in Circumcisione, quam in Baptismo proprius, est ablutio anime peccata: licet concomitetur alius, scilicet, acceptatio ad vitam eternam.

QUÆSTIO VII.

Utrum tempore legis natura fuerit aliquod Sacramentum correspondens Circumcisioni.

Videtur quod non de *conf. alt. 4. Quod apud, & est Gregor. Moral. 4. lib. Quod agit apud nos aqua Baptismi, hoc agit apud veteres pro parvulis sola fides: vel pro majoribus virtus sacrificii: non ergo Sacramentum.* Item, Sacramentum non potest institui, nisi immediate a Deo, patet in questione de Sacramento institutione. Sed non legitur Deum tempore illius legis, (saltem usque ad Abraham) instituisse aliquod Sacramentum. Contra, August. 19. contra Faustum: *In nullum nomen religionis possunt homines colligari, nisi aliquorum signorum, velut Sacramentorum vjibitulum, consensio colliguntur.*

Respondendo, nullo tempore dimisit Deus cultores suos sine remedio necessario ad salutem: sed omni tempore post lapsum fuit necessaria ad salutem delictio originalis: ergo quocunque tempore aliquod remedium efficax erat ad hoc, & si potuit deleri in adultis per motum bonum intrinsecum; tamen in parvulis, in quibus talis motus fuit impossibilis, non potuit deleri per actum suum proprium: ergo per actum aliquem aliorum circa ipsos, vel ad ipsos relatum, Sed non poterat esse certum, quod actus alterius relatus ad parvulum sufficeret sibi, nisi hoc esset institutum a Deo. Nullus enim potest esse certus, quod per aliquid attingat ad salutem, nisi fit certus, quod Deus acceptavit illud tanquam sufficiens ad talem finem.

Cum ergo non solum adultis cultoribus suis provideret Deus de remedio necessario ad salutem, fed etiam parvulis eorum (& hoc de remedio, de quo parentes possunt esse certi pro parvulis) sequitur quod tempore illius legis nature erat a Deo institutum aliquod remedium, vel signum certum, & efficax deletionis originalis peccati. Et magis probabile est quod per aliquid signum sensibile, quam per aliquid linguam intelligibile tantum; quia pro toto statu nature lapsæ congruit homini signa sensibilia respectu spiritualium; ergo rationale est ad ignod Sacramentum saltem contra originale; fuisse in tempore le-

gis nature. Si autem aliquod aliud, puta maxrimonium, vel aliquod correspondens illi Sacramento nove legis fuerit illo tempore; de hoc inferas in tractatibus de illis Sacramentis.

Ad primum argumentum dico, quod Gregor non intelligit solum fidem pro solo habitu, nec tunc tantum pro actu interiori, sed pro actu exteriori sensibili protestante fidem: ille autem actus sufficere potuit habere rationem Sacramenti: & sic distinguatur fides sola, de fides solitaria sine sacrificiis contra fidem protestantam in sacrificio; & primum potuit ipse sufficere pro parvulis; forte autem ista protestatio fiebat in verbo aliquo invocandi Deum, vel offitendi parvulum Deo. Secundum autem, scilicet, fidem cum sacrificiis pro adultis fuisse necessarium potuit.

Ad secundum potest dici uno modo, quod potuit Deus tale Sacramentum revelasse alicui Patrium, cum quo tunc frequentius loquebatur, licet cui; & quando, Scriptura non dicit, que ad Adam usque ad Abraham, factis succinse pertransiit. Vel potest dici, quod expressa habetur ex Scriptura, quod pro tempore illo placerunt Deo sacrificia; quod non esset, nisi a Deo iussente instituta: immo reputarentur fatui & præsumptivi, si talia sine divino precepto, vel inspiratione recitent; post Gen 4. de oblatione Abel & Cain, tum ex oblatione Noe, tumquam exivit de arca. Gen. 8. tum ex oblatione Melchisedech, qui erat sacerdos excelli Dei, ut dicitur Gen. 14. tum in ex oblatione Abraham dividit vitæcam; ergo. Et fuit iude ratio-nabile, quia homines tempore illius torantur pro ad idolatriam, ut patet ex tanta multitudine, que tempore illo de-flavit ad iam. Fuit ergo congruum la remedium, ne ad litam defluerent, quod Deus fuit cultoribus institueret sacrificia sibi offerenda. Possibile autem est quod aliquod determinatum sacrificium foret Sacramentum: non est enim contra rationem sacrificii, quod ipsa, vel oblatio ejus sit Sacramentum, & tunc (licet indistincte) habetur de tali Sacramento in diversis locis Scripturæ, quod lic institutum a Deo in lege nature.

DISTINCTIO II.

In prima distinctione egit Magister de Sacramento legis Moisaicæ & legis nature. In hac secunda dist. incipit agere de Sacramento nove legis. Hæc pars dividitur in duas partes. Primo namque determinat de eis conjunctam. Secundo de singulis separatim, ibi: *Nunc vero de Baptismi.* Prima habet duas partes, secundum quod primo determinat que, & quot sunt Sacramenta nove legis. Secundo de tempore institutionis, & efficacia eorum dicit ibi: *Si vero queritur.*

Circa illam distinctionem quarto.